

68 PAULISPER UTEMUR LEUIORIBUS scilicet remediis UT EA QUE IN  
 TUMOREM scilicet inflacionem<sup>69</sup> animi INDURUERUNT<sup>70</sup> INFLUENTIBUS  
 PERTURBACIONIBUS predictis MOLLESCANT<sup>71</sup> TACTU BLANDIORE id est  
 suauiore AD RECIPIENDAM VIM ACRIORIS MEDICAMINIS.

[I m 6]

CUM PHEBI metrum sextum quod dicitur Gliconium ab inuentore  
 coriambicum<sup>1</sup> a pede predominante. Constat enim hoc metrum primo  
 pede spondeo secundo coriambo qui est pes tetrasyllabus<sup>2</sup> constans<sup>3</sup>  
 prima et ultima longa et duabus mediis breuibus tercio pirrichio  
 qui est pes dissyllabus constans duabus breuibus. Loco huius  
 autem aliquando recipit iambum propter indifferenciam ultime  
 sillabe. Quia igitur<sup>4</sup> Philosophia dixerat quod Boecio nondum  
 ualarent remedia forciora, hoc confirmat hic dicens per exempla  
 quod omnia requirunt determinatum tempus ita quod si extra<sup>5</sup>  
 tempus suum fiant non prosperantur. Et a simili si darentur  
 Boecio ualida remedia tempore non suo, non haberent bonum exitum.

-----  
 68 utemur RPO utimur J / 69 inflacionem JR inflammationem PO /  
 70 induruerunt RO induerunt J induxerunt P / 71 mollescant PO(?)R  
 molestans J /

2 constans O /

1 coriambicum RPO coriambicum J / 3 tetrasyllabus PO om. R  
 tetrasyllabis J / 4 igitur RPO ergo J / 5 extra quod  
 si extra O /

Quod autem illud quod fit extra tempus non prosperetur probat primo per tria exempla. Secundo hoc idem concludit in omnibus ibi (16) <sup>6</sup> SIGNAT TEMPORA. Primum exemplum est de semine, quod si iacitur<sup>7</sup> in terram tempore non suo non proficit, ut si quis seminet triticum in Iulio talis delusus<sup>8</sup> messe oportet quod aliunde sibi provideat. Unde dicit (1) CUM SIDUS GRAVE CANCRI quod dicitur graue propter nimium calorem quo grauantur homines sole in illo signo existente<sup>9</sup> (2) INESTUAT id est ualde estuat RADIIS PHEBI id est solis quasi diceret quando sol est in Cancro quod contingit in mense Iulio (3) TUNC QUI CREDIDIT id est commendauerit<sup>10</sup> spe messis LARGA SEMINA SULCIS NEGANTIBUS scilicet<sup>11</sup> spem messis quia non est tempus seminandi, tunc talis<sup>12</sup> DELUSUS FIDE CERERIS (<sup>5</sup>λ) QUERNAS PERGAT AD ARBORES quasi diceret frustratus Cerere uiuat glandibus. Secundum exemplum ponit de floribus, quos frustra querit homo tempore hyemali cum eorum tempus sit in uere. Unde dicit (8) TU LECTURUS id est collecturus VIOLAS NUMQUAM PETAS NEMUS PURPUREUM scilicet ex colore florum (9) CUM CAMPUS STRIDENS INHORRUIT SEVIS AQUILONIBUS id est tempore hyemali quando uenti aquilonares magis dominantur.

8 sibi aliunde O /

6 iacitur RPO iaciatur J / 7 terram RPO terra J / 9 existente RPO exe nte J / 10 commendauerit P commendauit R commodauerit JO /

12 delusus P declusus R elusus JO /

11 id est O /

Tercium exemplum est de fructu, scilicet de uuis que  
 maturescunt in autumpno<sup>13 14</sup> et ideo frustra queruntur tempore  
 uernali.<sup>15</sup> Unde dicit (13) SI LIBEAT supple tibi FRUI UVIS  
 NON QUERAS AVIDA MANU STRINGERE PALMITES VERNOS in uere enim  
 non sunt uue sed in autumpno unde subdit (15) BACHUS id est  
 deus uini CONTULIT SUA MUNERA AUTUMPNO POCIUS scilicet quam  
 ueri. Deinde cum dicit (16) SIGNAT docet idem generaliter in  
 omnibus dicens quod Deus SIGNAT id est assignat TEMPORA  
 PROPRIIS OFFICIIS APTANS NEC PATITUR MISCERI VICES ut scilicet  
 tempus uni officio deputatum conueniat alteri (18) QUAS IPSE  
 COHERCUIT alligando scilicet eas propriis officiis unde sicut  
 frustratur querens uno tempore illud quod debetur alteri  
 tempori (<sup>21</sup>2) SIC QUOD DESERIT ORDINEM CERTUM VIA PRECIPITI LETOS  
 EXITUS NON HABET quasi diceret non prosperatur et eodem modo<sup>16</sup>  
 non prosperaretur Philosophia si relicto certo ordine statim  
 precipitando daret Boecio medicinam fortem.

---

14 et om. O/

13 in autumpno RPO de autumpno J / <sup>15</sup> uernali RO uernale J  
 hyemali P / 16 eodem RPO ideo eodem J /